Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

Et si pluvia venerit incantatores contra eos vocati et per
sua carmina faciunt quod super palacium non pluit. Faciunt
eciam amoveri pincernatores omnia vasa aurea de me-
sa domini et longe de mensa ponuntur in aula et per carmina
quedam faciunt ea psallere in lirpa in mensa domini nullo
eo tangente. Sunt eciam imperia illa magna et multa
monstra ydolatrorum ita quod aliqui habent .ay. monachorum pa-
ne et aquam continue comedentes et caste viventes et
honestissime et asperissime semper barba et caput ra-
dentes De custodia magni chaam

Magnus chaam facit se per custodiri die et
nocte a .xij. millibus equitum non propter timorem
tamen in summo amore et reverencia habetur pre omnibus
regibus. De mundo sibi per magnificenciam sua. Quando vero vult
tenere curiam et convivium cum principibus suis convenerit
illuc infinita gens ita quod preter istos .xij. milia et aliam
familiam que est maxima nimis comedunt in aula
eius plus quam .xl. milia forensium qui illuc veniunt
exservient cum multis. Domus tenentes feudum ab eo
Servitores curie et maxime principes et piscatores
omnes sunt magni barones habentes omnes ora velata
pannis sericis et aureis ne anhelitus faciat fasti-
dium domino. Quando vero bibit omnia instrumenta ioculatorum
quorum est maxima multitudo pulsantur et omnes genu-